H.I.N. 248637

Eleonora Magdalena Theresia

Diuina fauente Clementia Romanorum Impera:
trix; Hungariae et Bohemiae Regina; Archi Dux
Austriae; Nata Princeps Palatina Rheni etc. etc.
Reuerendiſsimo in Christo Patri, Domino Han:
nibali Eustachio, S. R. E. Cardinali Albano salutem
ac beneuolentia nostra affectum. Reueren:
diſsime in Christo Pater, Amice Chariſsime.
Cum Sereniſsimi Domini Filij Nri Caesarea nec non
Regia Catholica Maiestas et Dilectio, ad Coadiutora:
tum Trigestinum, Baronem Josephum Antonium Delmestri
cum spe futurae succeſsionis nominauerit, Isque hac in
parte Summi Pontificis Sanctitatem tam pro confirma:
tione istiusmet Nominationis, quam moderatione Taxae,
cum retentione duorum exiguorum beneficiorum, quorum
fructus annales simul sumpti, summam Octingentorum
florenorum circiter constituunt (: prout constitutus
Ipsius mandatarius plenius informabit :) demiſsis
precibus sese vertat, sic R. P. Vram hisce requirendam
eſse duximus, ut pro innata mansuetudine et genero:
sitate haud grauetur supplicationibus neonominati
huius Coadiutoris, in hoc calamitoso dicti Episcopatus

statu, Patrocinio et validis Officÿs suis tali energia ad=
esse, ut à praeattacta sua Sanct.te gratiam et commoda a dicto
mandatario demississimè efflagitanda, supplex obtinere
valeat, uti in reliquo V. S.tas omni Caesarea beneuolentia
promptitudine propensae manemus. Dabantur Viennae
28.ua July. 1711.

V. S.tas

Beneuola
Eleonora Magdalena Theresia

Reverendiſsimo in Christo Pa:

tri Domino, Hannibali Eustachio, S.R.E.

Cardinali Albano; Amico Nro Char.mo

Romae.

142-2496-4